

Servus, postquam Athēnās vēnit, statim ad Diogenem adiit et „Dominus meus“, inquit, „tē convenīre vult. Ī mēcum in Macedoniam!“

At philosophus respondit: „Dominō tuō nūntiā Athēnās tantum ā Macedoniā abesse quantum Macedoniam ab Athēnīs. Rēgem ad philosophum venīre turpe nōn est!“

---

---

---

---

Nōnnūllīs mēnsibus intermissīs Alexander bellum contrā Persās parāvit. Athēnās iit, quod ibī mīlitēs cōnscrībere volēbat. Nōn īgnōrābat sē ā Diogene nōn exspectārī. Tamen ad eum adīre cōnstituit. Diogenem in dōliō iacentem invēnit. „Salvē, philosophe“, clāmāvit, „Alexander rēx tē salūtāt. Quid habēre vīs? Id tibi dabō!“

Tum philosophus: „Cēde paulum ā sōle, rēx!“

---

---

---

---

---

---